1467

1467. 3. I.

Kazimirus rex Poloniae
Nicolao barbitori balneum in Proszowice
donat

In nomine Domini Amen

Ne ea que sub tempore pro utilitate profectu et comoditate presencium et futurorum
aguntur simul cum ipsu temporis a memoria depereant oportuno humane fragilitatis remedio solent literarum annotacione et fidedignorum testimonio perhennari Ad perpe
tuam igitur rei memoriam Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie necnon Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Magnus dux Lithwanie Russie Prus
sie ac necnon Culmen. Elbingen. et Pomeranie Terrarum heres et dominus Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam
habituris Quod attentis et in animum nostrum digne revolutis famosi et Honesti Nicolai alias Miclasch de Wolsko Barbitonsoris nostri fidelis dilecti fidelibus ser
viciis et compluriumis virtutum meritis ac artis Cirologie experienciam et facultatem quibus pre alijs pollere visus et compertus est nostre ac Maiestati placere
meruit meretur et aucta sue fidei studio plus solito placere et mereri poterit in futurum Horum igitur intuitu cupien. ipsum Regijs favoribus prosequi et in aliquo red
dere consolatum ac napost ad prestanda nobis obsequia tantomagis efficere obligaciorem Sibi et Successoribus suis legittimis de promptuario nostre liberalitatis
Balneum nostrum in Opido nostro Proschewycze Terre Cracovien. situm donavimus dedimus assignavimus et contulimus vigore presencium mediante damus dona
mus assignamus et conferimus graciose perpetuis temporibus et eternis Quodquidem Balneum in Proschewycze prout [illegible] nullum aliud in ibidem per Opi
danos [illegible] quoscunque in detrimentum et iacturam presenti Balnei per nos donati habere [illegible] et presentibus statuimus ac
usibus attinencijs pertinencijs annexis [illegible] nomine et vocabulo appellantur [illegible] introitibus proventi[illegible]
tibus habebunt tenebunt gubernabunt utifruentur arendabunt obligabunt commutabunt vendent et pacifice ac quiete [illegible] ad quoscunque [illegible] specia
prout ipsis melius et utilius expedire videbitur convertent perpetue et in evum Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est [illegible] testimonio Literarum
Actum in Cozynycze Sabbato post festum Circumcisionis domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo [illegible] presentibus ibidem Magnificis
et Generosis Iohanne de Thanczyn Castellano Cracovien. Iacobo de Dambno Thezaurario et Cracovien. Capitaneo Nobili [illegible] Marschalco Re
gni polonie Dobeslao de Bischowo Castellano et Capitaneo Belzen. Dominico de Lazanow Radomien. et Lubino [illegible] Iasensky Chelmen
Capitaneis ac alijs Curiensibus nostris compluribus testibus ad premissa Datum per manus Venerabilis Alberti de Zublyn [illegible] Sandomirien. Gneznen. Craco
vien. Wladislavien. et Poznanien. Ecclesiarum Canonici ac Regni polonie Vicecancellarij nobis sincere dilecti

Relacio eiusdem Venerabilis Alberti de Zublyn Regni polonie Vicecancellarij

Nayiasnieyszego krola Jmci Kazimirza
Przywiley na Łaznią Aõ 1467

1102

1104